



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

De Officio paruo B. Virginis Mariæ. Cap. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

SECTIO NONA.

De Appendicibus Breuiarij.

EN fine Breuiarij addita sunt quædam, quæ dici possunt Appendices; quia non sunt partes Horarum Canonicarum, nec ad eas nisi remotè pertinent: de quibus, ordine Breuiarij seruato, nunc restat dicendum.

SECTIONIS NONÆ CAPITA VI.

- | | |
|--|---|
| 1 <i>De Officio paruo beatae Virginis Marie.</i> | 4 <i>De Psalmis Pœnitentialibus.</i> |
| 2 <i>De Officio Defunctorum.</i> | 5 <i>De Ordine Commendationis animæ.</i> |
| 3 <i>De Psalmis Gradualibus.</i> | 6 <i>De Benedictione mensæ & Itinera-
rio Clericorum.</i> |

*De Officio paruo beatae
Virginis Marie.*

C A P V T I.

Al Petro Damiani Cardinali fuit institutum Officium, quod dicitur paruum beatæ Virginis, ante annum 1056. ait Baroniūs eodem anno in *Annalibus*: vel restitutum, vt scribunt in *Vita eiusdem Petri Flaminii & Fortunatus*, quæ habetur initio Operum eiusdem; Gregorio VII. iubente, vt addit Hieron. Rubeus in *Histor. Rauennat.* quod puto verius; quia Paulus Diaconus in *Expositione Regulae sancti Benedicti*, quæ habetur M.S. in Bibliotheca Aniciana Collegij S. Gregorij de Urbe, scribit, quod Gregorius III. & Zacharias, Summi Pontifices, qui vixere ante annum 752. præceperunt Cassinensi Congregationi, vt omni tempore vna

cum Officio diuino recitarent etiam Officium B. Virginis; ergo antiquorem habet auctorem. Decreto deinde Urbani II. in Concilio Claramont. anno 1096. mense Nouembri, recitari ab omnibus Ecclesiasticis quotidie iussum est, vt notat Radul. *Propos. 20.* Consuetudo tamen hæc, seu lex, fortasse non fuit ubique recepta; quæ paulatim in communem usum abiit: unde Summista omnes dicunt, usu tantum vim legis habente, non iure scripto illud recitari; quod notat Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 16.*

2 Extra Chorum nunc temporis nemo tenetur hoc Officium recitare, contra Nauar. *de Orat. cap. 10. num. 3.* qui tamen *Miscell. 77.* murauit sententiam, ob Bullam Pij V. qui in Bulla edita pro Breuiario tollit omnem obligationem recitandi hoc Officium extra Chorum.

A a

3 Pen-

3 Pensionarij extra Chorum tenentur ad recitationem quotidianam huius Officij, sub pena restitutionis frumentum pensionis ad ratam, ea ratione, quam attulimus supradictam in restitutione frumentum beneficij Section. 1. cap. 6. num. 2. pagina 11. ut patet in Bulla Pij V. hac de re edita: *Ex proximo Lateranensi.*

4 Quod si Pensionarij recitent Horas Canonicas maiores ratione Ordinis sacri, vel Beneficij, tunc eximuntur ab onere recitandi huius Officij parui; immo verò etiam, si ex pietate tantum recitent Officium maius: quod docent communiter Doctores. Vide Azor. loco citat. cap. 4. quast. 3.

5 In Choro, si adest consuetudo recitandi hoc Officium, obligat adhuc cùm Pius V. eamdem potius confirmauerit in Bulla Breuiarij: non tamen Canonicus extra Chorum tenetur ad illud recitandum, ut docet Azor. loco cit. cap. 16. si vtatur Breuiario Pij V.

6 Immò sacra Rituum Congregatio die prima Septemb. anno 1607. decreuit, seruandam esse quoque eam consuetudinem, qua recitatur in Choro hoc Officium in Semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Rubrica Breuiarij, de qua mox dicemus; quia nimis Pius V. in Bulla Breuiarij habet hæc verba: *Sine prauidicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus Officium parvum B. Virginis in Choro dici consuerat; ita ut in predictis Ecclesiis seruetur ipsa abundabilis consuetudo celebrandi more solito predictum Officium. More, ait, solito;* ergo & in Dominicis, & in Semiduplicibus, si adest consuetudo. Tandem Urbanus VIII. de consilio sacrae Rituum Congregationis decre-

uit 2. Januarij 1627. etiam mutato proprio Breuiario, & Romano acceptato, adhuc eos teneri ad quotidiam Officium beatæ Virginis recitationem, qui anteā ex consuetudine tenebantur: & Decretum fuit impressum Romæ, instante Abbe Ripoliensi Monasterij in Catalonia.

7 Quando verò sit aliás dicendum in Choro, explicatur in Rubricis Breuiarij circa finem eiusdem: nam omittitur, quando sit Officium nouem Lectionum (excepta consuetudine numero præcedenti allegata) & hoc de causa, quod doleo, in multis Ecclesijs Festa plura nouem Lectionum introducta sunt, Regularibus quoque eadem celebrantibus, ut relegatur à Choro Officium parvum B. Virginis. Ipsi viderint.

8 Non item dicitur in Vigilia Nativitatis Domini; quod etiam notarii reperi in Breu. M.S. nec in Ferijs maioris Hebdomadæ, ut vni Choro vacemus, aliás autem in Breuiar. M.S. & 1550. triduum tantum ultimum mäoris Hebdomadæ excipiebatur in recitatione huius Officij: nec infra Octavas Paschæ, quod & tradit Radulph. Propos. 20. proper temporis, inquit, incongruentiam: nec infra Octavas Pentecostes, ut in Breuiar. M.S. & 1550. nec in Sabbatis, quando sit Officium de beata Maria; nebis, ait Radulph. videatur dici idem Officium. Quibus diebus omittitur à primis Vesperis, & in Vigilia Nativitatis à Matutino, ut in Breu. etiam M.S. & 1550. anteā recitabatur in Choro, etiam in Festis Duplicibus maioribus, ut testantur Breuiaria prædicta M. S. & 1550. non puto tamen ubique; qui adhuc seruaretur hic ritus, ob ea que diximus num. 6.

9 De

9 De modo illud recitandi tum in Choro, tum extra Chorum nunc dicimus. Nam septem Horas haberet, & Horæ easdem partes, quas in Horis Canonicis enumerauimus; ut in numero earum septenario easdem causas mediteiris erga B. Virginem, quas erga Deum significauimus in Horis Canonicis Sect. 1. cap. 3. num. 5. & 6.
pag. 2.

10 Concordant hæ Horæ cum antiquis, vt satis indicat Radulph. *loco citato*, & cum Breuiar. M.S. exceptis his quæ sequuntur. Nam in Breu. 1550. additur Hymno, *Memento salutis auctor* (qui est de Hymno ad Vespertas Natiuitatis Domini) sequens alter Versus, *Maria mater gratie*; qui olim erat ultimus Hymni, *O glorioſa*, ex Michaële Timotheo de *Hymnis lib. 4. Hymn. 32.* Ante secundam Lectionem addidere Benedictionem, quæ in M.S. non erat: mutata est tamen à Pio V. in eam quæ nunc legitur. Ad Horas omnes siebat commemoratio Apostolorum, & omnium Sanctorum, quæ hodie fit ad Vespertas & Laudes tantum. Extat Bulla Pij V. anno 1575. qua prohibentur Officia beatæ Virginis vulgari sermone edita; & approbatur quod hodie habetur, additus alijs quæ in eodem Officio leguntur.

11 Quadruplex item mutatio huius Officij indicatur à Radulpho *loco citato*, & habetur in Breuiar. M.S. & 1550. in Adventu, post Natiuitatem, tempore Paschali, & reliquo anni tempore: & congruit varietati temporum. Tempore Passionis nulla fit delectio, sed dicitur *Gloria Patri* in Inuitatorio, & &c. vt in Festis Sanctorum. Tempore Paschali dicuntur in Noct. tres Antiphona, vt alias, quia non est

Officium de Festo. An verò addendum sit *Alleluia* Inuitatorio, Antiphonis, Responsorijs, &c. dubitauere non pauci. Ex vna parte negant, ad distinctionem Horarum maiorum Canonicarum; & quia Rubrica hæ de re in loco proprio Breuiarij non habetur: ex altera affirmant, & videtur haberi satis in Officio simili beatæ Mariæ in Sabbatho. Neque minus resonare debet *Alleluia* in Officio paruo beatæ Virginis, quam in Officio Christi, qui suæ Resurrectionis prima Matri gaudia & maiora dedit. Nihilominus tamen non est addendum *Alleluia*, ex Decreto sacrae Rituum Congregationis 28. Martij 1626. Muratur etiam in Nocturno Antiphona *Post parvum in Angelus Domini* tempore Adventus, & in Officio Annuntiationis & Conceptiois beatæ Virginis, quia propriè & principaliter repræsentant tempus ante Natiuitatem Christi, & mystrium Incarnationis; quod sonat Antiphona *Angelus Domini*.

12 Si contingat transferri Festum Purificationis ob Dominicam priuilegiatam, seu aliam ob causam; eo casu transfertur etiam mutatio Officij, quam suprà significauimus. quod expressè dicitur in Breuiario 1550. sed extra Chorum mutatur die 3. Februarij; quia in hoc casu attenditur Festum, non Officium Chori.

13 In Choro dicitur hoc modo. Præponitur Officio dici in Matutinis & Vesperis, in alijs Horis postponitur. Docet idem Radulph. *loco cit. ex vñ Romano*; secundum vñsum, inquit, Fratrum Minorum, quorū Breuiaria exhibita sunt, vt alias diximus, exclusis alijs a. Nicolao III. Habetur etiam hic ritus in Breuiar. M.S. & 1550. Ratio esse potest, quia diuiditur Officium

Aa 2 in

in antemeridianum & pomeridianum.
Vtrumque vero, a spice B. Virgine,
inchoari debet, præmissis ciuidem
Horis paruis, Matutino & Vesperis
majoribus, de Officio diei: & eo casu
omittitur v. in fine, *Fidelium anima*.
Reliquæ Horæ postponuntur, vii mi-
niores Horis Canonici. Prima de bea-
ta Virgine dicitur, antequam legatur
Martyrologium; quod non est pars
Horæ primæ, sed quid superadditum,
vt suprà docuimus: vnde & à multis
legitur extra Chorum in loco Capituli.

¹⁴ Extra Chorum dicitur pro op-
portunitate temporis. Et primò ante
quamcumque Horam dici debet Sa-
lutatio Angelica, vt in Breuiario 1550.
præscribitur, & Durand. docet lib. 5.
cap. 2. tum in fine ultimæ Horæ, si
plures simul recitentur, vt Durand.
ibidem.

¹⁵ Diuidi quoque potest in priua-
ta recitatione, ex causa, Matutinum à
Laudibus, dicta in fine Salutatione
Angelica, & eadem repetita ante Lau-
des; vt in simili casu diximus de Horis
Canonici cum Nauarro *suprà Sect. 4.*
cap. 2. num. 3. & 4. pag. 52.

¹⁶ Propofita est Indulgentia centum
dierum recitabitibus dictum Officium
iuxta Rubricas Breuiarij à Pio V. in
Bulla eiusdem Breuiary.

De Officio Defunctorum.

C A P . I I .

Officium Defunctorum di-
ctum est Agenda à Walafrid.
cap. 25. & à Durand. *lib. 7.*
cap. 35. quia agere significat celebrare.
item Exequie, ab August. *lib. de Cura*
pro mortuis: non quia extra alia se-
quuntur, vt quidam definuerent; sed
quia, ex Duran. *ibid.* extra viuos mor-

tui sepeliuntur, & extra Horas Cano-
nicas hoc Officium proprios habet.
Donatus definit Exequias, quia
mortuus praebat, ceteri sequebantur
in funere. Cum autem hodie in fune-
re præcedat Clerus cadaver mortui
dicere possumus, nos mortuum sequi,
quia obiit ille fru. Exequias explicita
ab executione dictas Mutius Capuc-
cinus de *Offic. mort. cap. 6.* quia, in-
quit, executioni mandanda est Defun-
ctorum voluntas.

² De hoc Officio habetur Canon
Extra. de Celebration Miffar. cap.
Cum cantatur. ab Apostolis ortum
habet, ex Dion. de Ecclesiast. Hierarch.
cap. 7. ab Origene auëtum fuisse dic-
tum, teste Augustino in *lib. Enchrid.*
& Isidoro de *Officijs Ecclesiastici.*
S. Augustino tamquam anctori tribuit
Iacobus de Valentia in *Exposit. Hymni Te Deum.* Auëtor ligni vite *lib. 5.*
auëtorem huius Officij facit Amal-
arium *cap. 79 de Ordine Antiphon.* indi-
cat, se collegisse ex Romano & Me-
tenfi Antiphonarij ea quæ recta sibi
visa sunt de ordine sepulturae. Respon-
soria compoſuit Mauritius Episcopus
Parisienſis, qui obiit anno 1196. telle
sancto Antonino citato à Demochare
Tom. 2. de Sacrificio Mifsa cap. 18.
Orationes, Deus qui inter Apostolos,
& *Fidelium*, habentur in Sacramen-
tariorum Gregoriano. Pius V. addidit
Orationes tres, nimirum pro die De-
positionis Defunctorum, Anniversario, pa-
tre & matre Sacerdotis, vel recitati-
onum eamdem Orationem, non cu-
iusecumque; in quo non pauci errant:
& tamen Oratio ipsa indicat, de patre
& matre recitantis tantum ibi fieri
commemorationem, non aliorum.
Oratio *Absolue* est in Sacramentario
Gregoriano. Clemens VIII. addidit
alias